

tibi confido, ceu petræ inexpugnabili *Deut. xxxii, 37.* ceu clypeo undique me munienti ac impene- trabilis, *Pf. xvii, 31.* ceu alis maternis confidit pullus *Pf. lvii, 2. lxi, 5. &c.* vide *Pf. V, 12. II, 12. xi, 1.*

EXPLICATIO VERSUS II.

אָמַרְתִּי dixisti:) ita Codices Ebræi legunt in secundâ fœmininâ *Dixisti*, quô sensu supple- dum (ò *anima mea*.) Sic etiam legunt Concord. & in asura marg. "jam **אָמַרְתִּי** lepties occurrit, **אָמַרְתִּי** autem stpius. *Vatabl.* verbum est fœmininum, prorrera omnes ferè Hebræi & Chald. sup- plent, *anima*. Confer *Psal. XLII, 5. XLIII, 5. Thren. III, 24. Chald.* *dixisti anima mea semper*. In primâ autem personâ **אָמַרְתִּי** *dixi* legit Syrus : **אָמַרְתִּי** vide Drusii *ques. per epl. ep. 79. p. 149.* ubi lectio- nem hanc secundæ personæ fœmininæ probat tum ex scholiis Rabbinorum, *animam supplenti- um*, tum fide codicum impressorum omnium, quæ hilum non variant, tum ex Masorâ, tum ex Chaldæo, Sensus verò est: *dixisti, ó anima mea*, h.e. ego dixi. Adeoque seipsum quasi commonefa- cit sui instituti Psaltes, q. d. nonne ita est, ó ani- ma mea, te semper Deum habuisse pro perfugiō unicō &c. Ita Campens. *persuasum habes, ó anima mea,* & *dixisti ad Dominum: Dominus omnium es tu* &c. Dicere hoc loco non solum cordis internam medi- tationem, sed & crebram ac masculam oris pro- fessionem externam complectitur. Conf. *Psal. XV, 2.* loquens veritatem corde suô.

אָרֶנוֹ Dominustu:) (scilicet es.) verbum e-
nim substantivum ad pronomina consuetè sub-
intelligitur. Sensus est: ego ita in te semper fui
confisus, ut te agnoscerem universalem, summe
sapientem ac potentem mundi rerumque omni-
um, atque sic & mei, Dominum, qui omnia susten-
tas validissimè, veluti **אֵל** seu *basis* sustentat do-
mum: *Col. I, 17.* vide *Gerb. Exeg. p. 644.* de hoc Dei
nomine propriō, nulli unquam creaturæ hisce
punctis competente.

טוֹבָרִי bonum meum non est supra te:) h.e.
omnis mea felicitas in te solo residet, nihil tibi
præfero, vel supra te æstimo, sive terrâ sive cœlo
contineatur, *Psal. LXXIII, 25.* Sic **טוֹבָה** extat *Job.*
IX, 25. dies mei non viderunt: sive videre
טוֹבָה *Coh. V, 17. VI, 6.* oblitus sum boni, *Thren. III,*
17. ut videam **טוֹבָה בְּחִילִיק** *Psal. CVI, 5.* Hunc
sensus affirmativè exprimit Syrus: bonum meum
à te est. *Hier.* bonum mihi non est sine te. Chald.
טוֹבָרִי לֹא כִּי הַיְהִיבָא כִּר מְנֻכָּה *bonum meum non con-
ceditur nisi a te:* Velita: *Bonum meum* (passione par-
tum,) *non propter te*, sed propter sanctos &c. Sic
עַל יְהִי *Gen. XVI, 5. 2. Sam. I, 26. Vulg. quoniam bo-
norum meorum non egis.* Grotius: *bonum meum non
est apud te*, scilicet reconditum, verum concessisti
mihi rerum salubrium cognitionem: ita ut **עַל**
sit *apud*, ut *Gen. XVIII, 7. Exod. XIV, 2. &c.* quem
refellit Calovius. Lutherus primo: ich habe nicht
gut bey dir. (quem sensum tuerit Saubert. dis-
quis. acad. p. 183. quamvis, si tibi adhæream uni,
multæ afflictiones mihi suscinendæ sint, tamen,
qui post Deos alienos &c.) postea: ich muß um
deinet willen leiden. vide Kircherum *usu 2. concord.*
ex 2. Simplicissimè ita: bonum (sive beneficium
meum) *non ad te*, scil. pertingit, h.e. non reddit
te beatorem, sed sanctos in terra &c: *Gloss. I.*
III, p. 517. Drus. I. 3. quest. & respons. quest. 72. Belgæ,
Campen. Pisc. Vatabl. Hier. confer. Job. XXXV, 7. 8.

A **XXII, 2. 3.**) *Brent.* obedientiâ meâ non indiges, sed
sancti. Sic **טוֹבָה** sumitur pro beneficio *I. Sam.*
XXIV, 18. in genere pro pietate, *Jehoada fecit*
טוֹבָה in *Ifr. 2. Par. XXIV, 16.* Adeoque & hoc lo-
cô sermo Messia est de *felicitate suâ*, quam scil. effi-
cienter ipsemet procurat, suâque tûm actione
tûm passione (*vers. 10.*) intendit. Hæc ipsa *Christi*
felicitas vel *bonitas* coincidit cum *beneficio*, ab ipsô
profectis.

EXPLICATIO VERSUS III.

לְקוֹדְשִׁים **טוֹבָת**:) scilicet prodest **טוֹבָת** be-
nignitas mea. Sensus est: in sanctis & præclaris,
omnis mea delectatio, h.e. non delector ego
hominibus sceleratis, eorumve nequitiam pro-
motum eo, imo eos penitus aversor *vers. 4.* sed
omnis mea voluptas in sanctis, quos in hâc terrâ
tibi adducere, meaque passione verè demum
sanctos parare annitor. Ad hos ipsos spectat
טוֹבָת *bonitas mea*, his ipsis demum mea appli-
cantur beneficia, quæ aliás toti humano generi
debuissent ac potuissent prodesse. Dicuntur au-
tem tales ob sanctitatem à Christo imputatam,
& per Spiritum Sanctum inchoatam. Quoad
constructionem pendent hæc à versu præcedente:
bonitas (sive *beneficentia*) *mea non est ad te*,
טוֹבָת *beneficentia mea* (ex versu proxi-
mô repetenda) pertinet ad *santos* & *preciosos* &c:
Adeoque particulae **עַל** & **ל** alternant hoc loco,
æque ut in frâ *vers. 6.* Atque sic Campen. sed *san-
ctis*, qui degunt in terrâ, & *fide robustis*, modis omnibus
prodesse studebo. Sic & Belgæ: myne Goetheyt (en
raect) met tot u; (maer) tot de Heylige die op der
Aerdey zyn / ende de heerliche / in de welcke all myn
Lust is.

הַמָּה illi:) scilicet sunt: pronomen loco verbi
substantivi; ut *Psal. IX, 21. Coh. I, 9. 10. 17.* *In terrâ*
dicuntur esse, quos Christus ipse ait *in mundo ad-
huc positos, Job. XVII, 11. 12. 15. 18.* confer *Job. XIII,*
10. XI, 52. Ebr. II, 10. Latet hæc simul gentium vo-
catio: q.d. non solis prodero Israelitis, sed qui-
busvis fidelibus, *per totum terrarum orbem dispersis*,
qui unquam *in terrâ* vixerunt, vivunt, aut victuri
sunt.

C **וְאַדוֹרְיוֹן & præstantibus vel magnificis:**) h.e.
qui gloriofi sunt coram te, ornandi aliquando x-
ternâ gloriâ, ut in hâc seculô sint contemti, &c.
Sic enim reges nos Deo fecit Christus, *Apoc. V, 10.*
Coccejus intelligit de apostolis, allegans *Job.*
XVII, 18. 20. quod tamen paulo videtur angusti-
us. **אֲדוֹרְיוֹן gloriosum, celebre:** ut nomen Domini *Pf.*
VIII, 2. 10. item potens instar fluctuum, *Exod. XV,*
10. Pf. XCIII, 5. instar regum *Pf. LXXXVI, 18.* Sicut
etiam magnates regni ita appellantur *2. Par. XXIII,*
20. Nab. III, 18. Ponitur autem hæc forma constr. pro
absol. ut *Pf. CXIX, 128. פְּקִידִי Num. V, 18.* **פְּנִירִים**
Jes. XXXIII, 6. &c: vel potius sequentia vocabula
illô *Pf. LXXXI, 6:* **שְׁפָה לְאַדְבָּעִתִי** *lingvam quam*
non novi q.d. *lingvam ignorationis* *Pf. XC, 15.*
כִּיכוֹת עַנְיָנִי *secundum dies affixisti nos*, q.d. *secun-
dum dies afflictionis nostræ, ita & hoc loco:* **וְנוֹ
bitibus** vel ad nobiles delectationis mee.

חַפְצִי intima mea oblectatio in eis:) unicè
volo, amo ac promotum eo sanctos &c: Nota; item
nomen à Christo hæc tribui sanctis, quod alias ip-
se Deus tribuit ecclesia, **חַפְצִי בְּנֵי Jes. LXII, 4.** **חַפְצִי**
intimam oblectationem designat, vid. *Pf. I, 2.*

EXPLI-